

nullis Apostolica Sedes privilegio exemptionis indulset, sic integra observetur, ut et illam alii non infringant, et ipsi ejus limites non excedant; quibus verbis, unde mens Pontificis et causa finalis elicitur, satis constat, tantum abesse ut voluerit apostolica privilegia infringere, ut potius expresse declaraverit se intendere ut illa omnino salva atque illibata permanerent, ponderando illud verbum *integrum*, quod excludit non modo privilegii abrogationem, sed etiam quamcumque restrictionem, leg. *Si quando*, Cod. *de bon. vac.*, lib. 10; Bald., cons. 88; *Ex infelicitate*, num. 1, lib. 1. Alioquin si dict. cap. *Volentes* daret formam etiam privilegiis, sub hac secunda specie Pontifex non servaret promissa; quia expresse privilegia eis imminueret, seu desereret, ut dicitur in cap. *Dilecti*, sup. eod., auferendo ab iisdem privilegiis casus delicti commissi, contractus initi, ac rei sitæ extra loca exempta, expresse in litteris comprehensos; quod in specie perpendit Gemin., cons. 72, vers. *Inferitur secunda conclus.*

»Ex his autem resultat propositæ dubitationis solutio; quia regulares sunt exempti secundæ speciei, et sic non comprehensi in decretali *Volentes, de priv.*, lib. 6. Sedes enim Apostolica quorumcumque Ordinum religiosos totaliter exemit ab Ordinariorum jurisdictione, etiam ratione delicti commissi, contractus initi, ac rei existentis extra locum exemptum. Et ex Ordinibus mendicantium Fratres Prædicatores Ordinis Sancti Dominici habent super hoc amplissimum privilegium a Sixto IV, ut in constit. *Mare Magnum* appellata, quæ incipit *Regiminis universalis Ecclesiæ*, edita anno 1474, cujus hæc sunt verba: «Et ne prætextu constitutionis Innocentii Papæ IV, prædecessoris nostri, quæ incipit *Volentes*, locorum Diocesani, et alii Ordinarii, aut alii quicumque in personas et loca

»fratrum prædictorum sibi jurisdictionem et superioritatem vindicare præsumant, districtius inhibemus ne quisquam, absque dictæ Sedis speciali commissione et auctoritate, in personas, domos, et loca dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum, ut pote prorsus exempta, aliquam præminentiam, superioritatem, et jurisdictionem quomodolibet exercere præsumant, etiam ratione contractus, vel delicti, seu rei de qua ageretur, ubicumque ineatur contractus, committatur delictum, et res ipsa consistat;» ut in *Bullar.*, tom. 1, pag. 340. Idem privilegium exemptionis cum suprascripta clausula de verbo ad verbum habent Fratres Minores Ordinis Sancti Francisci ab eodem Sixto IV, qui antea fuerat ejusdem Ordinis Generalis Magister, ut in constitutione similiter *Mare Magnum* nuncupata, quæ incipit *Regiminis*, edita eodem anno 1474 prid. Kal. Sept., in *Bullar.*, t. 1, pag. 337. Et eandem clausulam habent in eorum *Mari Magno* fratres Eremitæ Ordinis Sancti Augustini, cujus fit mentio in constitutione Julii II, *Etsi ad benemerendum*, 17 Junii 1508, in *Bullar.*, tom. 1, pag. 433.

3883. »Quoad secundam partem quæstionis initio propositæ, longe minor est difficultas; quia in privilegiis, quorum superius meminimus a num. 18, expresse inhibetur locorum Ordinariis ne, absque speciali commissione Sedis Apostolicæ, in persona regularium aliquam excommunicationis, suspensionis, et interdicti sententiam specialiter vel generaliter quomodolibet promulgare præsumant. Quandoquidem privilegium tantum abest ut sublatum fuerit per dict. cap. *Volentes*, ut potius in eo fuerit expresse præservatum in § *Eos autem*, ut probant verba illa; *Idem Ordinarii jurisdictionem suam quantum ad ista* (scilicet, interdictum, suspensionem, vel excommunicationem), *ubicumque illi fuerint, penitus exercere*

non possunt. Unde, ut notant ibi Gemin. et Franc., si Episcopi contra eos proferant sententias, nullæ erunt ex defectu jurisdictionis, et non ligabunt; quod et Navar. sensit cons. 2, num. 2, *De sent. excom.*

»Quod clare etiam constat ex tenore eorumdem privilegiorum, ibi: «Dcernimus quoque ex nunc quaslibet excommunicationis, suspensionis, et interdicti sententias, et quoscumque processus, et omnia quæ contra fratres quomodolibet promulgari seu fieri contigerit, nullius roboris vel momenti esse, et pro infectis prorsus haberi debere, etiam eorum exemptione, utpote notoria, non allegata.» Quæ ultima verba fuerunt apposita, quia alias, nisi citati venissent exemptionem allegaturi, teneret sententia contra eos lata, ut per gloss. fin., Tancred. et Innoc. in cap. *Cum ordinem, de rescript.* Secus cum exemptio notoria est, ut leg. 1.^a, ff. *de for.*, secundum Innoc. in cap. *Ex parte*, lib. 1, num. 3, v. *Exempti autem, de verb. signif.*; Paulus de Castro, consil. 431, *Videtur dicendum*, num. 2, v. *Interdum nullo modo*, lib. 1. Ergo cum hoc privilegium fuerit præservatum in decretali *Volentes*, consequens est ut fuerit etiam præservatum a Concilio Tridentino eandem decretalem innovante in cap. 14, sess. 7; quia lex innovans jus commune perinde operatur, ac si jus commune esset in ea insertum; Ang. Aret., cons. 26, *Videtur*, num. 18.

»Et ex his patet etiam responsio ad objecta supra in principio; nam cum exemptio religiosorum ratione delicti, contractus, ac rei litigiosæ non adversetur generali Concilio Lugdunensi, non fuit opus illi derogare, quia derogatio non nisi fit ad contraria; cap. 4, *De const.*, lib. 6; cap. *Ex parte*, supra, *De capell. monach.*; Clement. *Dudum*, § *Nos etiam*, ibi; *In quantum sunt præmissis, vel alicui præmissorum contraria, de sepult.*, cum multis similibus. Et innovatio Concilii Tridentini non tribuit Ordinariis locorum aliquod novum jus, sed tantum præservavit quod prius habebant in generaliter exemptos; cap. *Quia intentionis*, infra, eodem, ubi Honorius III: «Cum innovans, inquit, nec jus novum conferat, nec etiam tollat vetus, in eo statu esse volumus in quo tempore impetratæ innovationis dignosceris extitisse (cap. *Ex parte*, lib. primo, eodem tit., ibi): ita tamen, ut per innovationem ipsius eidem ecclesiæ non plus juris accrescat, quam per privilegia prædecessorum nostrorum obtinuit; cum per hoc non novum ei concedere, sed antiquum jus conservare velimus:» gloss. 1, et doctores in cap. *Cum delicta, de confirmat. util. vel inutil.* Et consequenter nec constitutio Pii IV, *In Principis Apostolorum*, huic casui applicatur, quia non sustulit privilegia et exemptiones regularium, nisi quatenus contrariantur decretis Concilii Tridentini.»

APÉNDICE PRIMERO

ELENCHUS QUÆSTIONUM

QUAS

SANCTUS DOCTOR LIGORIUS

POST

PRIMAM NEAPOLITANAM OPERIS EDITIONEM, REBUS AD SEDULIOREM
TRUTINAM REVOCATIS, REFORMAVIT.

*In qualibet autem harum quæstionum prius annotatur locus libri primæ editionis,
postmodum locus secundæ, ubi facta est correctio.*

3884. *Quæstio 1.^a* An legatarius possit sibi compensare legatum relictum in testamento non solemnni? In priori libro (col. 13, v. 3, *Probabile etiam*) relata est opinio Les., Mol., Gran., Salmant., etc., qui id probabile dixerunt. Sed in hoc præsentis libri id reprobatur. Vide lib. 1, num. 35, v. *Attamen* (in edit. Mechlin., loc. cit., *Nota*.)

Quæstio 2.^a An debitor donans aliquid suo creditori immemor debiti, excusetur a restitutione? In primo libro (col. 13, v. *Hinc 1*, relata est opinio Rebelli, Card., et Dianæ, qui probabilem putarunt opinionem affirmativam. Sed vide limitationem in hoc lib. 1, num. 34; et lib. 3, numer. 700, v. *Quæritur 2* (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 700. *Limitatio*,

quam S. Auctor hic indicat ex edit. rom. 1757, hæc est: dummodo debitor memor tunc debiti non donasset.)

Quæstio 3.^a An fur mittens domino rem furatam per virum fidelem teneatur ad iterum restituendum, si ille non reddat? In primo libro (col. 14, v. 6, *Similiter*) Pal., Sot., Ledesma et Gabriel adducuntur, qui id negaverunt. Sed in hoc absolute affirmandum probatur. Vide lib. 1, numer. 39 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 704.)

Quæstio 4.^a An sit obligatio ex superfluis statui elargiendi eleemosynam pauperibus laborantibus paupertate communi? In primo libro (col. 80, litt. A) relata est opinio Soti, Nav., S. Antonini, Vazq., etc., qui id negarunt. Sed in hoc melior visa

est sententia opposita. Vide lib. 2, num. 32, v. *Queritur* (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 32.)

Quæstio 5.^a An sit obligatio corrigendi peccantem ex ignorantia in legem humanam? In primo libro (col. 83, litt. A, v. *Quær. hic*) visa est probabilior opinio negativa. Sed in hoc affirmativa probabilior visa est. Vide lib. 2, num. 36 (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 36.)

Quæstio 6.^a An qui inducit, sive directe, sive indirecte, proximum ad peccandum, semper peccet peccato scandali? In primo libro (col. 85, litt. A) dictum est cum Pal., Sanchez, Bon., Azor., etc., probabile esse quod is non peccet contra charitatem, nisi expresse intendat ruinam spiritualem alterius. Sed in hoc visa est vera sententia affirmativa. Vide lib. 2, num. 45 (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 45.)

Quæstio 7.^a An semper in confessione sit explicanda circumstantia inductionis ad peccandum? In primo libro (col. 86, v. *Nota*) reprobata est sententia negativa. Sed in hoc vide dicta lib. 2, num. 46 (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 46.)

Quæstio 8.^a An sit peccatum mortale petere ab aliquo quidquam quod ille non præstabit sine mortali, si jam sit paratus ad peccandum? In primo libro (col. 86, v. *Queritur 2*) relata est opinio Soti, Suarez, et Azor., qui id negarunt. Sed in hoc dictum est sequendum esse oppositum. Vide lib. 2, num. 47 (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 47.)

Quæstio 9.^a An peccent graviter mulieres ad sui ornatum partem peccatoris ostendentes? In primo libro (col. 89, litt. C, et col. 250, in fine) actum est de hoc puncto sequendo doctrinam Laymanni, Cajet., Navar., Salmant., etc. Sed vide quomodo limitetur in hoc. Vide lib. 2, num. 55, v. *Queritur* (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 55.)

Quæstio 10. An liceat famulo co-

mitari herum ad lupanar, vel eum ducere curru vel sella? In primo libro (col. 94, litt. B) relata est opinio Busembai, Nav., Manuel, etc., dicentium licere sola ratione famulatus. Sed in hoc requiritur saltem causa gravis damni subeundi. Vide lib. 2, num. 64 (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 64.)

Quæstio 11. An liceat famulo ratione famulatus deferre munera meretrici domini? In primo libro (col. 94, in fine, *quær. 2*) relata est opinio Busembai et Sanchez, id permittentium, si sit de esculentis et poculentis. Sed in hoc negatur. Vide lib. 2, num. 65 (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 65.)

Quæstio 12. An liceat famulo ob metum mortis subjicere humeros vel deferre scalam domino ascendenti ad fornicandum, aut vi aperire januam? In primo libro (col. 95, *quær. 4*) id omnino negatum est. Sed in hoc vide dicta lib. 2, num. 66, v. *Quær. 4* (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 66.)

Quæstio 13. An liceat vendere vinum ei qui vendit mixtum aqua? In primo libro (col. 69, litt. C, v. *Pariter*) adducta est opinio affirmativa Palai, Sanch., et Tamb., si æque commode aliis vendi non possit. Sed in hoc id non admittitur, nisi ob metum mortis vel infamiæ. Vide lib. 2, num. 69, v. *Quær. 7* (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 69.)

Quæstio 14. An liceat vendere ornatus puellæ abusuræ? In primo libro (col. 96, litt. D, v. *Eodem*) relata est opinio La Croix, citantis Nav., Azor., Sanch., Bon., etc., qui dicunt licere, si illa æque hos emeret ab aliis. Sed in hoc id non admittitur, nisi venditor notabile patiat in commodum. Vide lib. 2, num. 71, v. *Eodem* (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 71.)

Quæstio 15. An liceat aurigis et nautis, ob solum lucrum mercedis, vehere meretricem ad amasium? In primo libro (col. 98, v. 8 *Licet*) dic-

tum est licere, cum Salmant., Sanchez, Azor., Nav., etc. Sed in hoc id non admittitur, nisi ob metum gravis damni. Vide lib. 2, num. 75, v. *An autem* (in edit. Mechlin., lib. 3, numer. 75.)

Quæstio 16. An sit peccatum mortale sine gravi causa petere mutuum ab usurario parato, vel Sacramentum a sacerdote peccatore parato ad ministrandum? In primo libro (col. 97, num. 4, v. *Utrum autem*, et num. 7, v. *Sed quæstio*) relata est opinio Lugonis, Soti, Sanch., Caj., Led., Manuel, etc., qui id negarunt. Sed in hoc dictum est id esse mortale tam contra charitatem quam contra justitiam, nisi gravis causa necessitatis vel utilitatis interveniat. Vide lib. 2, numeris 47 et 77, v. 4 *Licitum*, loquendo de usurario; et nums. 79, de sacerdote peccatore (in edit. Mechlin., lib. 3, nums. 47, 77, 79.)

Quæstio 17. An volenti frangere jejunium liceat sine gravis incommodi causa cibos præbere? In primo libro (col. 97, num. 7, v. *Volenti*) adducta est opinio Les., Cajet., Nav., et Vazq., id affirmantium. Sed in hoc reprobatur. Vide lib. 2, num. 80 (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 80.)

Quæstio 18. An in materia simoniæ et usuræ possit deduci in pactum obligatio antidoralis? In primo libro (col. 118, litt. A, v. *Quær.*, in fine) dictum est cum Salmant., Val., Cajet., Pal., Less., etc., id licere, si pactum sit remunerandi in genere, nulla addita nova obligatione. Sed id omnino reprobatur. Vide lib. 3, numeri 58 et 764 (in edit. Mechlin., lib. 4, nums. 53 et 764.)

Quæstio 19. An juramentum execratorium sit verum juramentum? In primo libro (col. 146, litt. A, v. *Notandum*) dictum est cum Salmant., Bus., Sanch., Pal., etc., id communiter negari. Sed in hoc affirmatur, si in juramento expresse nominetur Deus. Vide lib. 3, num. 143 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 143.)

Quæstio 20. An in juramento assertorio sit mortale jurare cum defectu justitiæ? In primo libro (col. 148, litt. A) dictum est probabilius esse tantum veniale. Sed in hoc additur esse mortale, si juratur ad firmandam detractionem. Vide lib. 3, num. 146 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 146.)

Quæstio 21. An peregrinus possit dispensari in votis, juramentis, et legibus ab Episcopo loci ubi reperitur? In primo libro (col. 758, litt. E, v. *Mota hic*) id omnino negatum est. Sed vide hic lib. 1, num. 158.

Quæstio 22. An maritus possit occidere eum qui vult cum sua uxore adulterari? In primo libro (col. 239, v. *Dicendum 2*) id absolute negatum est. Sed in hoc id non reprobatur, si vir ante factum occidat, ne adulterium eveniat. Vide lib. 3, num. 391, v. *Quando* (in edit. Mechlin., lib. 4, numer. 391.)

Quæstio 23. An peccent graviter spectatores qui ad comœliam turpem concurrunt pecunia vel plausu? In primo libro (col. 251, v. *Queritur 2*) dictum est probabile esse non peccare spectatores secundos, nempe, sine quibus etiam comœdia repræsentaretur. Sed in hoc visum est oppositum. Vide lib. 3, num. 427, v. *Num autem* (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 427.)

Quæstio 24. An beneficiarius expendens fructus beneficii superfluos ad suam sustentationem in usus profanos, teneatur ad restitutionem? In primo libro (col. 270, v. *Utrum autem*) probabilior cum S. Thom., Soto, Lugo, Pal., Les., etc., visa est opinio negativa. Sed in hoc probabiliorrem diximus oppositam, per se loquendo. Vide lib. 3, num. 492 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 492.)

Quæstio 25. An fur teneatur restituere cum damno graviore, nempe, si res non posset mitti ad dominum, nisi expensis majoribus quam sit valor rei? In primo libro (col. 295, litt. B)

adducta est opinio Salmant., Soti, Les., Pal., Con., et Bus., id negantium. Sed in hoc oppositum tenetur, nisi expensæ sint longe majores. Vide lib. 3, num. 598, 697 et 753 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 598).

Quæstio 26. An accipiens rem a fure, qui rem furatam cum suis promiscuit, teneatur ad restitutionem? In primo libro (col. 299, litt. B) adducta est opinio negativa Tamb. cum Sanch. et aliis. Sed in hoc omnino reprobat. Vide lib. 3, num. 612 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 612).

Quæstio 27. An beneficiarius omitens Officium uno die, possit excusari a restitutione, si suppleat in alio? In primo libro (col. 310, in fine, *quæstio 5*) relata est opinio affirmativa Salmant., Molfes., Palud., Bon., etc. Sed in hoc tenetur negativa. Vide lib. 3, numer. 667 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 667).

Quæstio 28. An beneficiarius omitens partem Officii minorem quam integræ Horæ, teneatur ad restitutionem? In primo libro (col. 311, *quæstio 5*) relata est opinio negativa Nav., Tol., et Viva. Sed in hoc verior visa est opposita. Vide lib. 3, num. 668 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 668).

Quæstio 29. An beneficiarius simplex omittens Officium, teneatur restituere omnes fructus beneficii? In primo libro (col. 312, *quæstio 10*, v. *Quid*, etc.) adducta est opinio Henrici Metini, et Manuelis, qui dicunt teneri ad restitutionem tantum tertiæ partis fructuum. Sed in hoc illa reprobat. Vide lib. 3, num. 675, v. *Quid* (in edit. Mechlin., lib. 4, numer. 673).

Quæstio 30. An licitum sit donum accipere a donante debitum gravato? In primo libro (col. 327, litt. B) relata est opinio affirmativa Les., Mol., Nav., Laym., etc. Sed in hoc refutatur. Vide lib. 3, num. 722 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 722).

Quæstio 31. An sit necessarium in mutuo ad exigendum interesse, ut

moneatur mutuarius de justo titulo qui jam adest? In primo libro (col. 343, litt. E, v. *Sed dubitatur*) delatum est opinioni negativæ Les., Lug., Bon., Trull., etc. Sed in hoc verior visa est affirmativa. Vide lib. 3, num. 769, v. *Sed dubitatur* (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 769).

Quæstio 32. An mutuator possit retinere lucrum exactum, si aderat justus titulus, sed non monuit de eo mutuatarium, et contraxit bona fide? In primo libro (col. 394, *quæstio 3*) adducta est opinio affirmativa (licet tamquam minus probabilis) Lug., Dian., Sa, et Tanneri. Sed in hoc refutata est. Vide lib. 3, num. 773 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 773).

Quæstio 33. An liceat res pretiosas quam plurimi vendere? In primo libro (col. 355, litt. D) relata est opinio affirmativa Sot., Tol., Dian., Tan., Val., Regin., etc. Sed in hoc probabilior visa est contraria. Vide lib. 3, num. 808 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 808).

Quæstio 34. An, facto monopolio injusto a mercatoribus, liceat aliis eodem pretio merces vendere? In primo libro (col. 357, litt. G, v. *Sed hinc*) relata est opinio affirmativa Salmant., Bon., Trull., Reg., Med., etc. Sed in hoc omnino melior visa est negativa. Vide lib. 3, num. 817, v. *Sed hinc* (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 817).

Quæstio 35. An liceat rem infimo pretio emere ab aliquo nesciente ejus valorem? In primo libro (col. 357, litt. H, v. *Idem*) amplexata est opinio negativa. Sed in hoc defenditur opposita. Vide lib. 3, num. 819, v. *Item* (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 819).

Quæstio 36. An liceat clerico conducere prædia aliena ad saginanda propria animalia, ut postea vendat? In primo libro (col. 351, v. *Quæres*) dictum est licere, si conductio non afferat magnam distractionem a ministerio sacro. Sed in hoc id non admittitur, quia non caret cupiditate turpis lucris. Vide lib. 3, num. 835, v. *An*

vero (in edit. Mechlin., lib. 4, numer. 835).

Quæstio 37. An pereunte re censita, pereat census de jure naturali? In primo libro (col. 366, v. *Quæstio 3*) dicta est probabilis sententia negativa, cum Soto, Pal., Salmant., Cov., etc. Sed in hoc omnino tenendam diximus affirmativam. Vide lib. 3, num. 847, v. *Dubitatur 3.º* (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 847).

Quæstio 38. An cogens cum injuria alterum ad ludendum, possit retinere lucratum? In primo libro (col. 375, litt. D) adducta est opinio negativa. Sed in hoc probabilior visa est sententia affirmativa, modo ille qui cogit non superet coactum in peritia ludendi. Vide lib. 3, num. 880 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 880).

Quæstio 39. An sit gravis obligatio relinquendi sua bona suis fratribus et sororibus? In primo libro (col. 498, litt. A) relata est opinio Salmant., Nav., etc., dicentium non esse, nisi illi extreme indigeant. Sed in hoc diximus omnino tenendum peccare graviter relinquentem bona extraneis, si fratres graviter indigeant. Vide lib. 3, num. 946 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 946).

Quæstio 40. An liceat revelare crimen alterius ad vitandum damnum proprium, si notitia criminis vi aut dolo excipiatur? In primo libro (col. 407, litt. A, v. *Sed hic*) dicta est probabilis opinio affirmativa cum Salmant., Lesio, et P. Nav. Sed in hoc melior visa est opposita. Vide lib. 3, num. 969, v. *Sed hic magna* (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 969).

Quæstio 41. An qui alteri occultam contumeliam irrogavit, teneatur ad satisfactionem? In primo libro (col. 410, v. *Sed quæstio 1*) relata est opinio negativa Laym., et Molinæ. Sed in hoc diximus omnino sequendam affirmativam. Vide lib. 3, numer. 985 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 985).

Quæstio 42. An lædant jejunium

electuaria sumpta in modica quantitate ad delectationem? In primo libro (col. 419, litt. F) adducta est opinio negativa cum Salmant., Sylv., etc., Abb. Sed in hoc dictum est contrariam omnino tenendam. Vide lib. 3, num. 1019, *Quæritur 2* (id edit. Mechlin., lib. 4, num. 1019).

Quæstio 43. An potio chocolatis possit sumi toties quoties in die? In primo libro (col. 425, v. *Orandum*) dicta est probabilis opinio affirmativa P. Viva, si sumatur ut potus usualis. Sed in hoc talis potio non admittitur, nisi pro uno tantum cyatho in die, ratione consuetudinis. Vide lib. 3, numer. 1023, v. *Secunda*, in fine (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 1023).

Quæstio 44. An religiosus expendens cum licentia generali prælati ad usus illicitos, peccet contra paupertatem, et teneatur ad restitutionem? In primo libro (col. 450, litt. E, v. 2.^a *quæstio*) vocata est non improbabilis sententia negativa, cum De Alex., Suar., Bann., Lugo, etc. Sed in hoc affirmativa amplexata est. Vide lib. 4, num. 31, et lib. 3, num. 873 (in edit. Mechlin., lib. 5, num. 31, et lib. 4, num. 873).

Quæstio 45. An patronus debeat præsentare digniores ad beneficium curatum? In primo libro (col. 469, litt. A, *Quæstio 2*) dicta est probabilis opinio negativa cum Palao, Garcia, P. Nav., Rodrig., etc. Sed in hoc dictum est omnino tenendam affirmativam. Vide lib. 4, num. 97 (in edit. Mechlin., lib. 5, num. 97).

Quæstio 46. An Episcopus confers beneficium simplex minus digno, peccet mortaliter? In primo libro (col. 469, *quæstio 2*) delatum est sententiæ negativæ, cum Nav., Sot., Sa, Dic., Gatt., Dian., etc. Sed in hoc probabilior dicta est affirmativa. Vide lib. 4, num. 93 (in edit. Mechlin., lib. 5, num. 93).

Quæstio 47. An Episcopus confers beneficium curatum minus digno, teneatur ad restitutionem? In

APÉNDICE PRIMERO

ELENCHUS QUÆSTIONUM

QUAS

SANCTUS DOCTOR LIGORIUS

POST

PRIMAM NEAPOLITANAM OPERIS EDITIONEM, REBUS AD SEDULIOREM
TRUTINAM REVOCATIS, REFORMAVIT.

*In qualibet autem harum quæstionum prius annotatur locus libri primæ editionis,
postmodum locus secundæ, ubi facta est correctio.*

3884. *Quæstio 1.^a* An legatarius possit sibi compensare legatum relictum in testamento non solemnni? In priori libro (col. 13, v. 3, *Probabile etiam*) relata est opinio Les., Mol., Gran., Salmant., etc., qui id probabile dixerunt. Sed in hoc præsentis libro id reprobatur. Vide lib. 1, num. 35, v. *Attamen* (in edit. Mechlin., loc. cit., *Nota*.)

Quæstio 2.^a An debitor donans aliquid suo creditori immemor debiti, excusetur a restitutione? In primo libro (col. 13, v. *Hinc 1*, relata est opinio Rebelli, Card., et Dianæ, qui probabilem putarunt opinionem affirmativam. Sed vide limitationem in hoc lib. 1, num. 34; et lib. 3, numer. 700, v. *Quæritur 2* (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 700. *Limitatio*,

quam S. Auctor hic indicat ex edit. rom. 1757, hæc est: dummodo debitor memor tunc debiti non donasset.)

Quæstio 3.^a An fur mittens domino rem furatam per virum fidelem teneatur ad iterum restituendum, si ille non reddat? In primo libro (col. 14, v. 6, *Similiter*) Pal., Sot., Ledesma et Gabriel adducuntur, qui id negaverunt. Sed in hoc absolute affirmandum probatur. Vide lib. 1, numer. 39 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 704.)

Quæstio 4.^a An sit obligatio ex superfluis statui elargiendi eleemosynam pauperibus laborantibus paupertate communi? In primo libro (col. 80, litt. A) relata est opinio Soti, Nav., S. Antonini, Vazq., etc., qui id negarunt. Sed in hoc melior visa

est sententia opposita. Vide lib. 2, num. 32, v. *Queritur* (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 32.)

Quæstio 5.^a An sit obligatio corrigendi peccantem ex ignorantia in legem humanam? In primo libro (col. 83, litt. A, v. *Quær. hic*) visa est probabilior opinio negativa. Sed in hoc affirmativa probabilior visa est. Vide lib. 2, num. 36 (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 36.)

Quæstio 6.^a An qui inducit, sive directe, sive indirecte, proximum ad peccandum, semper peccet peccato scandali? In primo libro (col. 85, litt. A) dictum est cum Pal., Sanchez, Bon., Azor., etc., probabile esse quod is non peccet contra charitatem, nisi expresse intendat ruinam spiritualem alterius. Sed in hoc visa est vera sententia affirmativa. Vide lib. 2, num. 45 (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 45.)

Quæstio 7.^a An semper in confessione sit explicanda circumstantia inductionis ad peccandum? In primo libro (col. 86, v. *Nota*) reprobata est sententia negativa. Sed in hoc vide dicta lib. 2, num. 46 (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 46.)

Quæstio 8.^a An sit peccatum mortale petere ab aliquo quidquam quod ille non præstabit sine mortali, si jam sit paratus ad peccandum? In primo libro (col. 86, v. *Queritur 2*) relata est opinio Soti, Suarez, et Azor., qui id negarunt. Sed in hoc dictum est sequendum esse oppositum. Vide lib. 2, num. 47 (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 47.)

Quæstio 9.^a An peccent graviter mulieres ad sui ornatum partem peccatoris ostendentes? In primo libro (col. 89, litt. C, et col. 250, in fine) actum est de hoc puncto sequendo doctrinam Laymanni, Cajet., Navar., Salmant., etc. Sed vide quomodo limitetur in hoc. Vide lib. 2, num. 55, v. *Queritur* (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 55.)

Quæstio 10. An liceat famulo co-

mitari herum ad lupanar, vel eum ducere curru vel sella? In primo libro (col. 94, litt. B) relata est opinio Busembai, Nav., Manuel, etc., dicentium licere sola ratione famulatus. Sed in hoc requiritur saltem causa gravis damni subeundi. Vide lib. 2, num. 64 (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 64.)

Quæstio 11. An liceat famulo ratione famulatus deferre munera meretrici domini? In primo libro (col. 94, in fine, *quær. 2*) relata est opinio Busembai et Sanchez, id permittentium, si sit de esculentis et poculentis. Sed in hoc negatur. Vide lib. 2, num. 65 (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 65.)

Quæstio 12. An liceat famulo ob metum mortis subjicere humeros vel deferre scalam domino ascendenti ad fornicandum, aut vi aperire januam? In primo libro (col. 95, *quær. 4*) id omnino negatum est. Sed in hoc vide dicta lib. 2, num. 66, v. *Quær. 4* (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 66.)

Quæstio 13. An liceat vendere vinum ei qui vendit mixtum aqua? In primo libro (col. 69, litt. C, v. *Pariter*) adducta est opinio affirmativa Palai, Sanch., et Tamb., si æque commode aliis vendi non possit. Sed in hoc id non admittitur, nisi ob metum mortis vel infamiæ. Vide lib. 2, num. 69, v. *Quær. 7* (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 69.)

Quæstio 14. An liceat vendere ornatus puellæ abusuræ? In primo libro (col. 96, litt. D, v. *Eodem*) relata est opinio La Croix, citantis Nav., Azor., Sanch., Bon., etc., qui dicunt licere, si illa æque hos emeret ab aliis. Sed in hoc id non admittitur, nisi venditor notabile patiat incommo- dum. Vide lib. 2, num. 71, v. *Eodem* (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 71.)

Quæstio 15. An liceat aurigis et nautis, ob solum lucrum mercedis, vehere meretricem ad amasium? In primo libro (col. 98, v. 8 *Licet*) dic-

tum est licere, cum Salmant., Sanchez, Azor., Nav., etc. Sed in hoc id non admittitur, nisi ob metum gravis damni. Vide lib. 2, num. 75, v. *An autem* (in edit. Mechlin., lib. 3, numer. 75.)

Quæstio 16. An sit peccatum mortale sine gravi causa petere mutuum ab usurario parato, vel Sacramentum a sacerdote peccatore parato ad ministrandum? In primo libro (col. 97, num. 4, v. *Utrum autem*, et num. 7, v. *Sed quæstio*) relata est opinio Lugonis, Soti, Sanch., Caj., Led., Manuel, etc., qui id negarunt. Sed in hoc dictum est id esse mortale tam contra charitatem quam contra justitiam, nisi gravis causa necessitatis vel utilitatis interveniat. Vide lib. 2, numeris 47 et 77, v. 4 *Licitum*, loquendo de usurario; et nums. 79, de sacerdote peccatore (in edit. Mechlin., lib. 3, nums. 47, 77, 79.)

Quæstio 17. An volenti frangere jejunium liceat sine gravis incommodi causa cibos præbere? In primo libro (col. 97, num. 7, v. *Volenti*) adducta est opinio Les., Cajet., Nav., et Vazq., id affirmantium. Sed in hoc reprobatur. Vide lib. 2, num. 80 (in edit. Mechlin., lib. 3, num. 80.)

Quæstio 18. An in materia simoniæ et usuræ possit deduci in pactum obligatio antidoralis? In primo libro (col. 118, litt. A, v. *Quær.*, in fine) dictum est cum Salmant., Val., Cajet., Pal., Less., etc., id licere, si pactum sit remunerandi in genere, nulla addita nova obligatione. Sed id omnino reprobatur. Vide lib. 3, numeri 58 et 764 (in edit. Mechlin., lib. 4, nums. 53 et 764.)

Quæstio 19. An juramentum execratorium sit verum juramentum? In primo libro (col. 146, litt. A, v. *Notandum*) dictum est cum Salmant., Bus., Sanch., Pal., etc., id communiter negari. Sed in hoc affirmatur, si in juramento expresse nominetur Deus. Vide lib. 3, num. 143 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 143.)

Quæstio 20. An in juramento assertorio sit mortale jurare cum defectu justitiæ? In primo libro (col. 148, litt. A) dictum est probabilius esse tantum veniale. Sed in hoc additur esse mortale, si juratur ad firmandam detractionem. Vide lib. 3, num. 146 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 146.)

Quæstio 21. An peregrinus possit dispensari in votis, juramentis, et legibus ab Episcopo loci ubi reperitur? In primo libro (col. 758, litt. E, v. *Mota hic*) id omnino negatum est. Sed vide hic lib. 1, num. 158.

Quæstio 22. An maritus possit occidere eum qui vult cum sua uxore adulterari? In primo libro (col. 239, v. *Dicendum 2*) id absolute negatum est. Sed in hoc id non reprobatur, si vir ante factum occidat, ne adulterium eveniat. Vide lib. 3, num. 391, v. *Quando* (in edit. Mechlin., lib. 4, numer. 391.)

Quæstio 23. An peccent graviter spectatores qui ad comœliam turpem concurrunt pecunia vel plausu? In primo libro (col. 251, v. *Queritur 2*) dictum est probabile esse non peccare spectatores secundos, nempe, sine quibus etiam comœdia repræsentaretur. Sed in hoc visum est oppositum. Vide lib. 3, num. 427, v. *Num autem* (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 427.)

Quæstio 24. An beneficiarius expendens fructus beneficii superfluos ad suam sustentationem in usus profanos, teneatur ad restitutionem? In primo libro (col. 270, v. *Utrum autem*) probabilior cum S. Thom., Soto, Lugo, Pal., Les., etc., visa est opinio negativa. Sed in hoc probabiliorrem diximus oppositam, per se loquendo. Vide lib. 3, num. 492 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 492.)

Quæstio 25. An fur teneatur restituere cum damno graviore, nempe, si res non posset mitti ad dominum, nisi expensis majoribus quam sit valor rei? In primo libro (col. 295, litt. B)

adducta est opinio Salmant., Soti, Les., Pal., Con., et Bus., id negantium. Sed in hoc oppositum tenetur, nisi expensæ sint longe majores. Vide lib. 3, num. 598, 697 et 753 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 598).

Quæstio 26. An accipiens rem a fure, qui rem furatam cum suis promiscuit, teneatur ad restitutionem? In primo libro (col. 299, litt. B) adducta est opinio negativa Tamb. cum Sanch. et aliis. Sed in hoc omnino reprobat. Vide lib. 3, num. 612 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 612).

Quæstio 27. An beneficiarius omitens Officium uno die, possit excusari a restitutione, si suppleat in alio? In primo libro (col. 310, in fine, *quæstio 5*) relata est opinio affirmativa Salmant., Molfes., Palud., Bon., etc. Sed in hoc tenetur negativa. Vide lib. 3, numer. 667 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 667).

Quæstio 28. An beneficiarius omitens partem Officii minorem quam integræ Horæ, teneatur ad restitutionem? In primo libro (col. 311, *quæstio 5*) relata est opinio negativa Nav., Tol., et Viva. Sed in hoc verior visa est opposita. Vide lib. 3, num. 668 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 668).

Quæstio 29. An beneficiarius simplex omittens Officium, teneatur restituere omnes fructus beneficii? In primo libro (col. 312, *quæstio 10*, v. *Quid*, etc.) adducta est opinio Henrici Metini, et Manuelis, qui dicunt teneri ad restitutionem tantum tertiæ partis fructuum. Sed in hoc illa reprobat. Vide lib. 3, num. 675, v. *Quid* (in edit. Mechlin., lib. 4, numer. 673).

Quæstio 30. An licitum sit donum accipere a donante debitis gravato? In primo libro (col. 327, litt. B) relata est opinio affirmativa Les., Mol., Nav., Laym., etc. Sed in hoc refutatur. Vide lib. 3, num. 722 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 722).

Quæstio 31. An sit necessarium in mutuo ad exigendum interesse, ut

moneatur mutuarius de justo titulo qui jam adest? In primo libro (col. 343, litt. E, v. *Sed dubitatur*) delatum est opinioni negativæ Les., Lug., Bon., Trull., etc. Sed in hoc verior visa est affirmativa. Vide lib. 3, num. 769, v. *Sed dubitatur* (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 769).

Quæstio 32. An mutuator possit retinere lucrum exactum, si aderat justus titulus, sed non monuit de eo mutuatarium, et contraxit bona fide? In primo libro (col. 394, *quæstio 3*) adducta est opinio affirmativa (licet tamquam minus probabilis) Lug., Dian., Sa, et Tanneri. Sed in hoc refutata est. Vide lib. 3, num. 773 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 773).

Quæstio 33. An liceat res pretiosas quam plurimi vendere? In primo libro (col. 355, litt. D) relata est opinio affirmativa Sot., Tol., Dian., Tan., Val., Regin., etc. Sed in hoc probabilior visa est contraria. Vide lib. 3, num. 808 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 808).

Quæstio 34. An, facto monopolio injusto a mercatoribus, liceat aliis eodem pretio merces vendere? In primo libro (col. 357, litt. G, v. *Sed hinc*) relata est opinio affirmativa Salmant., Bon., Trull., Reg., Med., etc. Sed in hoc omnino melior visa est negativa. Vide lib. 3, num. 817, v. *Sed hinc* (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 817).

Quæstio 35. An liceat rem infimo pretio emere ab aliquo nesciente ejus valorem? In primo libro (col. 357, litt. H, v. *Idem*) amplexata est opinio negativa. Sed in hoc defenditur opposita. Vide lib. 3, num. 819, v. *Item* (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 819).

Quæstio 36. An liceat clerico conducere prædia aliena ad saginanda propria animalia, ut postea vendat? In primo libro (col. 351, v. *Quæres*) dictum est licere, si conductio non afferat magnam distractionem a ministerio sacro. Sed in hoc id non admittitur, quia non caret cupiditate turpis lucris. Vide lib. 3, num. 835, v. *An*

vero (in edit. Mechlin., lib. 4, numer. 835).

Quæstio 37. An pereunte re censita, pereat census de jure naturali? In primo libro (col. 366, v. *Quæstio 3*) dicta est probabilis sententia negativa, cum Soto, Pal., Salmant., Cov., etc. Sed in hoc omnino tenendam diximus affirmativam. Vide lib. 3, num. 847, v. *Dubitatur 3.º* (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 847).

Quæstio 38. An cogens cum injuria alterum ad ludendum, possit retinere lucratum? In primo libro (col. 375, litt. D) adducta est opinio negativa. Sed in hoc probabilior visa est sententia affirmativa, modo ille qui cogit non superet coactum in peritia ludendi. Vide lib. 3, num. 880 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 880).

Quæstio 39. An sit gravis obligatio relinquendi sua bona suis fratribus et sororibus? In primo libro (col. 498, litt. A) relata est opinio Salmant., Nav., etc., dicentium non esse, nisi illi extreme indigeant. Sed in hoc diximus omnino tenendum peccare graviter relinquentem bona extraneis, si fratres graviter indigeant. Vide lib. 3, num. 946 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 946).

Quæstio 40. An liceat revelare crimen alterius ad vitandum damnum proprium, si notitia criminis vi aut dolo excipiat? In primo libro (col. 407, litt. A, v. *Sed hic*) dicta est probabilis opinio affirmativa cum Salmant., Lesio, et P. Nav. Sed in hoc melior visa est opposita. Vide lib. 3, num. 969, v. *Sed hic magna* (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 969).

Quæstio 41. An qui alteri occultam contumeliam irrogavit, teneatur ad satisfactionem? In primo libro (col. 410, v. *Sed quæstio 1*) relata est opinio negativa Laym., et Molinæ. Sed in hoc diximus omnino sequendam affirmativam. Vide lib. 3, numer. 985 (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 985).

Quæstio 42. An lædant jejunium

electuaria sumpta in modica quantitate ad delectationem? In primo libro (col. 419, litt. F) adducta est opinio negativa cum Salmant., Sylv., etc., Abb. Sed in hoc dictum est contrariam omnino tenendam. Vide lib. 3, num. 1019, *Quæritur 2* (id edit. Mechlin., lib. 4, num. 1019).

Quæstio 43. An potio chocolatis possit sumi toties quoties in die? In primo libro (col. 425, v. *Orandum*) dicta est probabilis opinio affirmativa P. Viva, si sumatur ut potus usualis. Sed in hoc talis potio non admittitur, nisi pro uno tantum cyatho in die, ratione consuetudinis. Vide lib. 3, numer. 1023, v. *Secunda*, in fine (in edit. Mechlin., lib. 4, num. 1023).

Quæstio 44. An religiosus expendens cum licentia generali prælati ad usus illicitos, peccet contra pauperitatem, et teneatur ad restitutionem? In primo libro (col. 450, litt. E, v. 2.^a *quæstio*) vocata est non improbabilis sententia negativa, cum De Alex., Suar., Bann., Lugo, etc. Sed in hoc affirmativa amplexata est. Vide lib. 4, num. 31, et lib. 3, num. 873 (in edit. Mechlin., lib. 5, num. 31, et lib. 4, num. 873).

Quæstio 45. An patronus debeat præsentare digniores ad beneficium curatum? In primo libro (col. 469, litt. A, *Quæstio 2*) dicta est probabilis opinio negativa cum Palao, Garcia, P. Nav., Rodrig., etc. Sed in hoc dictum est omnino tenendam affirmativam. Vide lib. 4, num. 97 (in edit. Mechlin., lib. 5, num. 97).

Quæstio 46. An Episcopus confers beneficium simplex minus digno, peccet mortaliter? In primo libro (col. 469, *quæstio 2*) delatum est sententiæ negativæ, cum Nav., Sot., Sa, Dic., Gatt., Dian., etc. Sed in hoc probabilior dicta est affirmativa. Vide lib. 4, num. 93 (in edit. Mechlin., lib. 5, num. 93).

Quæstio 47. An Episcopus confers beneficium curatum minus digno, teneatur ad restitutionem? In